



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

9. De causis excusantibus ab officij Canonici recitatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Sect. I. De Præcepto 1. Receptiones Sent. 9

16. n. 14. Palau p. 2. d. 2. pun. 4. n. 3.

Non debent eo die, quo incipit recitandi obligatio Clerici, beneficiati, aut Religiosi, integrum Officium persolvere, sed solum ab ea parte, à qua obligatio incipit. v. g. accipere Ordinem sacrum, beneficium, aut professio- nem hora vndecima ante meridiem? nō tenen- tur recitare Matutinum, nec Laudes, nec Pri- mam, nec Tertiam: sed ad summam sextam, & reliquas horas. Quia ab illa hora vndecima in- cepit obligatio. Suar. l. 4. de hor. can. c. 27. n. 8. Bonac. alios referens d. 1. q. 2. pun. 5. n. 9. si vero antequam Ordinem, beneficium aut pro- fessionē quis accipit horasilus diei recitavit, non satisfacit obligationi superuenienti. Quia non potest esse satisfactio obligationis, vbi nul- la est obligatio. Bonac. pun. 5. in fine. Palau p. 2. d. 8. 2. pun. 4. n. 3.

Quoad ordinem autem, si quis officium se- quentis diei incipiat, antequam officium præ- sentis finiat, (v. gr. Matutinum Feriæ secun- da priusquam vespers Dominica celebret,) & rationabilis causa non adsit, venialiter delin- quit. Quia regulariter id fieri nequit, nisi vel vni aut alteri officio notabiliter anteponat vel post ponatur tēpore consueto & ab Eccle- sia præscripto. Suar. l. 4. de hor. can. c. 24. n. 3. si autem quis horarum ordinem illius diei pervertat, prius recitans Primam (v. gr.) quam Matutinum. Vesperam quam Primam &c. abs- que rationabili causa, venialiter delinquit. Quia inuertit ordinem ab Ecclesia præscriptū, leui quidem materia. Suar. n. 4. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 4. n. 1.

Quocumque in loco quis recitet, præcepto satisfacit. Quia nullus speciatim est ab Eccle- sia assignatus. Qui autem in loco minus de- centi distractioni exposto recitat, venialiter de- linquit. Quia irreuerenter se gerit. Sedere verò, cum standum est, vel stare, aut sedere cum est flexendum ex Rubrica præscripto, si absque contemptu fiat, nullum peccatum est. Quia nō videtur præceptum sed consilium maioris re- verentia gratia. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 3. pun. 5. & 6. Palau p. 2. d. 2. pun. 4. n. 7.

CAPVT VIII.

De peccato non recitandi officium, aut partem omittendi.

CLERICI in sacris, Beneficiati, & Religiosi professi chorodeputati tenen- tur diebus singulis horas canonicas reci- tare: & partem notabilem omittere grauis cul- pa est. Porro qualibet hora parua, aut pars illi æqualens notabilis pars est, & nō aliud. Quia communis sententia est, vnum esse præceptum de septem horis canonicis recitandis: sed posi- ta vnitatem præcepti leuem materiam iudico, quæ quātitatem horæ parua non attingit, cum non attingat duodecimam materiam præceptæ partem. Lessi. l. 2. cap. 17. dub. 9. num. 52. Palau p. Bonac. dist. 1. quæst. 5. part. 1. numer. 2. d. 2. pun. 5. n. 1. Porro vnicō præcepto to- tum officium præscribi, & ad multiplicationem horarum præcepta non multiplicari, constat ex c. Dolentes, de celebr. Mis. vbi officium no-

ctuum pariter & diurnum præcipitur, & ex Bulla Pij V. & ex horarum institutione, quæ vnicum officium continet. Certe præcepta abs- que manifesta ratione non sunt multiplicanda.

Vnde omittens vna die omnes septem horas vnicum peccatum committit, grauius tamen, quam si vnicam horam omitteret. Quia omis- sionis malitia crescit, aut minuitur ex maiori aut minori obligationis quantitate. Garcia de vius tamen Benef. p. 3. c. 1. n. 132. Suar. l. 4. de hor. can. c. 25. n. 8. Bonac. d. 1. q. 5. pun. 1. n. 8. Nauar. de orat. c. 1. n. 60. Vafq. de Ben. c. 4. § 1 a. 2. dub. 5. n. 7.



CAPVT IX.

De causis excusantibus ab Officij Cano- ni ci recitatione.

IMPOTENTIA, repentina occu- patio, & dispensatio ab horarum cano- nicarum recitatione excusant. Et qui- dem impotentia simpliciter excusat. Quia im- possibile non datur obligatio. l. Impossi- bilium ff. de reg. iur. Hæc impotentia potest aut ex obliuione, aut ex ignorantia, aut ex infirmi- tate. Ex obliuione naturali, & inculpabili non est culpabilis omisso. Quia peccatū debet esse voluntarium. Si quis autem experitur, se obliuisci, quando hora consueta nō recitat, de- bet aliquod memoriæ excitamentum adhibere. Suar. l. 4. de hor. can. c. 18. n. 4. Bonac. d. 1. q. 6. pun. 3. n. 9.

Qui dubius est num recitauerit? obli- gates est ad recitandum. Quia possidet præ- ceptum, à cuius obligatione solui nō potest sa- tisfactione dubia. Nauar. de orat. c. 10. n. 30. Bo- nac. alios relatis, d. 1. q. 6. pun. 3. n. 11. Nisi dubium aliqua ratione probabili deponat. Qui autem certus sit se recitasse, dubitet tamen, an anti- phonam, Psalmum, vel quid simile dixerit: de- ponere potest dubium, credens, recitasse. Quia non præsumitur omisum, quod in ordinatio cursu & quasi naturali sequela recitatur. Suar. l. 4. de hor. can. c. 25. n. 20. Azor. p. 1. l. 10. c. 12. Nauar. de orat. c. 11. n. 29. Bonac. citat. n. 12. Filliuc. tr. 23. c. 8. q. 2.

Deinde potest provenire impotentia exigno- rantia, primo si sit inuincibilis ignorantia legis, vt si ignoret quis inuincibiliter, se obligatum esse recitare. Quia transgredi voluntarie obliga- tionem non potest, qui obligationem ignorat. Secundo si sit ignorantia facti, quia nescit reci- tare. Sed huiusmodi ignorantia vix potest in- culpabiliter contingere: siquidem cum Benefi- cium, aut ordinem sacrum quis recipit, debet agnoscere se esse indispotum, vt obligationi suscepæ satisfaciatur. Hæc tamen obligationi fiet satis, si officium recitare quoad substan- tiam sciat, etsi perfectam Rubricarum notitiam non habeat: hæc enim continua recitatione ca- piuntur.

Excusat impotentia quæ provenit ex infirmitate. Hac de causa cæcus excusatur. Sordus minimè. Quia necessarium non est ad priuatam recitationem se ipsum audire. Agri- tudo autem quartana, tertiana &c. tunc excu- sat, cum laborans non potest absque grati no- cumento

77
Omittens
omnes horas
vnicum pec-
catum gra-
uissimum
committit.

78
Impotentia
ex obliuione
excusat.

79
Qui dubius
est, an reci-
tauerit, reci-
tare debet.

80
In otientia
ex ignorantia
quando ex-
cuset.

81
Excusatur im-
potentia ex
infirmitate.

cumento recitare. Quia iugum Domini est suave: secus si cum leui oneramento queat. Quia leuis molestia non praeualeat, ut graue praeceptum omittatur. Denique excusat carencia Breuiarii. Quia est medium necessarium ad recitationem Breuiarium habere. *conueniunt omnes Doctores.*

82 Secundum caput excusationis est repentina & necessaria occupatio, impediens recitationem, quam quis omittit, aut differre non potest absque graui sui aut proximi iactura in vita, honore, vel fortuna. Vnde excusantur publicam lectionem facientes intra certum horarum terminum in alicuius Cathedrae aut Canonicius oppositione, non solum quando oppositio geritur, sed etiam quando in scientia ostentationem se preparat ad legendum ut sic viam parat ad cathedram. Quia haec voluntaria lectio necessaria in illa occasione reputatur. Item excusantur Concionatores, & Confessores, qui nec concionem, nec confessionem omittit possunt, aut in aliud tempus differre absque graui nota, & scandalo: neque simulcum illis valeant recitare. *Omnes fere Doctores.*

83 Tercium caput excusationis est dispensatio, quae si à Pontifice fiat, haud dubium esse validam. Quia in iure à se lato dispensat. *Suar. l. 4. de hor. can. c. 28. n. 38. Bonac. d. 1. q. 1. pun. 2. n. 5.* Ab Episcopo dari non potest Clerico, neque beneficiario. Quia inferior dispensare in superiori lege non potest, nisi iure aut consuetudine ei sit permixtum, quod in hoc casu non reperitur. Si autem adsit dubium, an in aliquo casu Clericus, vel beneficiarius recitare debeat, poterit Episcopus sententiam ferre. *Suar. & Bonac. citati.* & alij apud ipsos. Praelati autem Religiosorum, quibus commissa dispensandi in legibus & consuetudinibus Religionis est facultas, poterunt cum Religiosis dispensare, si causa subfit. Regulariter autem solus Praelatus supremus huiusmodi dispensationem valet impertire. Quia sic videtur in Religionibus receptum. *Bonac. d. 1. q. 2. pun. 2. n. 9.*

84 Spirituale impedimentum, scilicet excommunicationis, suspensionis, interdicti, & irregularitatis, non impedit horarum recitationem. Quia ex Ecclesia illato supplicio haud debet quis commodum reportare. *Suar. l. 4. de hor. can. c. 18. Lessi. l. 1. c. 37. dub. 9. Vasq. de Benef. c. 4. §. 1. a. 1. dub. 12.*



CAPVT X,

De restitutione gerenda ab iis, qui culpabiliter Officium canonicum omittunt.

85 **N**EQUE ex lege, neque ex consuetudine alia poena est praescripta omittentibus horarum recitationem nisi fructuum perceptorum restitutio. Quae quidem indicitur à Concilio Lateranensi sub Leone X. *ses. 9. §. statimus*, & declaratur, innouatur, & augetur à Pio v. in sua constit. quae incipit, *Ex proximo Lateranensi*, edita 12 Kalend. octobris anno. 1571.

Unica poena beneficiarii culpabiliter horarum, restitutione fructuum.

Ex quibus primo inferitur, beneficium Clericum obligatum non esse primis sex mensibus obtempore pacifice Beneficio aliquid restituere, si recitationem omittat. Quia Concilium & Pontifex solum affirmant, sic omittentem peccare mortaliter, & nihil de restitutione dixerunt. *Palas. suar. p. 2. d. 2. n. 2. Filliuc. tr. 23. c. 10. n. 308. Lessi. l. 2. c. 34. dub. 3. n. 129.*

Infero secundo, post primum illud semestre beneficium obligatum esse restituere fructus, quod post illud semestre perceperit. Quia ita in illis constitutionibus imperatur. Quod intelligitur, si culpabiliter officium omittat. Nam si ex causa aliquo capite à culpa excusetur, nullam habet restituendi obligationem. Quia huiusmodi obligatio imponitur, quando cessat legitimum impedimentum. *Garcia p. 3. c. 1. n. 27. Lessi. l. 2. c. 34. n. 181. & 184. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 5. pun. 2. n. 4. Suar. l. 4. de hor. can. c. 30. n. 17. Azor. p. 1. l. 10. c. 14. q. 7. Reginal. l. 3. n. 44.*

Infero tertio, omittentem recitare post illud primum semestre obligatum esse, fructus correspondentes illis debis, quibus recitare omittit. Restituere & si vno die omisit Matutini recitationem cum Laudibus dimidiam partem fructuum illi diei correspondentem restituere debet: si vero reliquas horas, alteram dimidiam, pro singulis horis sextam partem. Quia sic expressè tradidit Pius v. *Azor. p. 1. l. 10. c. 14. q. 7. Vasq. de Benef. c. 4. §. 1. a. 1. dub. 8. n. 41. Suar. l. 4. c. 30. n. 9. Garcia de Benef. p. 3. c. 1. n. 27. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 5. pun. 2. n. 8.*

Infero quarto, omittentem partem leuem alicuius horae, nullam habere restituendi obligationem. Quia non dicitur horam omisisse, & solum pro omissione cuiuslibet horae signata est à Pio v. restitutio. *Navar. de erat. c. 9. §. 1. n. 4. Navarra de restit. l. 1. c. 2. dub. 3. n. 102. natal. Filliuc. tr. 23. c. 10. q. 7. Reginal. 30. n. 44. Tolet. l. 2. c. 12. n. 6. Suar. l. 4. c. 10. n. 13.*

Infero quinto, recitantem sine vlla attentione obligatum esse restituere eo modo, quo obligatus est, qui recitare omittit. Quia paria sunt sine vlla attentione recitare, & non recitare. Fructus quidem Beneficij acquiruntur ob recitationem praepceptam, & ob illius omissionem amittuntur sed recitatio sine attentione non est recitatio praepcepta, quia non est oratio: ergo ex illa fructus non acquiruntur. *Navar. de erat. c. 13. n. 17. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 5. pun. 2. n. 17. Lessi. l. 2. c. 37. dub. 11. n. 67. Suar. l. 4. de hor. can. c. 10. n. 14.*

Sexto infero, beneficium hanc restituendi obligationem habere ante Iudicij sententiam. Haec sententia in Concilio Lateranensi, & Bulla Pij v. expressè dicitur: *Fructus suos non faciat, & tanquam iniuste perceptos erogare teneatur.* Quae verba indicant manifestè beneficium non acquiescere illorum dominium, sed tanquam rem non suam illos retinere non posse. *Suar. l. 4. de hor. can. c. 30. n. 2. Navar. sum. c. 25. n. 22. Navarra de restit. l. 2. c. n. 195. Bonac. d. 1. de hor. can. q. 5. pun. 2. n. 7. Filliuc. tr. 20. §. 11. Lessi. l. 1. c. 34. dub. 32. n. 83.*

Octavo infero gerendam huiusmodi restitutionem fabricae Beneficij, vel pauperibus. Quia ita in his constitutionibus praescribitur si quis eligat fabricae expendere, poterit domum Beneficij reparare, agros, & vineas augere, & alia praestare, quae in Beneficij cedant vtilitati. *tem.*